

substantiam. vermes lacerant car-
 nem suam. supplicia infernalis tor-
 quent animam que naturam ossis te-
 bit. et consumi nunquam poterit. **Eccii. x.**
Cum morietur homo hereditabit
 serpentes. scilicet infernales quantum ad
 animam. et bestias et pentes vastas
 terrena substantiam. bestia enim qua
 fixa est a deo. et vermes corrodescentes
 carnem propriam. **Tercio** videndum
 est de statu utriusque post mortem
 qui valde est dissimilis. quod diues est
 in tormentis. et pauper in loco qui-
 eto. **Vnde** dicitur. **Elevauit** diues
 oculos suos cum esset in tormentis
act. **Dicitur** autem tormentum quasi
 torquens mentem. **Torquatur** qui-
 dem diues de gloria lazari quem vide-
 bat. de sua pena quam sentiebat. et
 de impossibilitate immedij despera-
 bat. **Ps.** **Quod** cum videbit: quo
 ad primum. **Dentibus** suis fremet et
 tatescet. quo ad secundum. **Deside-**
rium patet et prohibet: quo ad terciu
Pauper autem erat in loco quieto. scilicet in
 sinu abrahe. **Dicitur** autem sinus a-
 brahe locus superior inferni huius
 aliquam lucem. **Et** deo sinus propter qui-
 etem et tranquillitatem. **Sicut** sinu
 matris dicimus locum a ventis et tem-
 ptationibus quietum. **Abrahe** autem
 sinus deo quod abraham fuit prima via
 credendi. et primum in parte abraham
 predicauit fidem. immo dei.

Homo quidā fecit cenam magnā etc. Luc. xij. Nos videm⁹: qñ aliquis magnus princeps voluerit aliquis hō rabile conuiuium preparare debet quatuor cōsiderare. Primo tps aptum ad ambulandū: vt isti de lōgū quo inuitati possint in vijs ambulare. Nam si esset aura pluuiālis vel hyems frigidissimū. tunc non possent ambulare inuitati. Secūdo debet cōsiderare locū aptū: ad sedendū honorifice sine pressura inuitatis: non solū ad mensā: sed etiā ad iocū et gaudiū. Tercio debet de optimis cibis pūsiōnē ordinare. et de vīno: qv mū letificat cor hoīs. Et ideo in conuiuijs pōnūt hoīb⁹ vīnum optimū qd pōt haberi vt letentur inuitati. Quarto debet cōsiderare qd illud cōuiuium stet p aliquod longū tpus. vt labor et seruiciū qd inuitati exhibuerunt non perdat⁹. Hec quatuor cōsiderauit xp⁹. Nam pmo cōsiderauit tempus quando voluit mittere nuncios. et ipemet venire et inuitare. Et hoc ē tpus grē et misericordiē. Secundo cōsiderauit locū. qz locus vbi preparauit. sc. in celo est magnus et amen⁹. Tercio quo ad cibos ordinauit et fecit pūsiōnē magnā. Vnde ait ioh. xij. Fructibus cibauit eos ibi inuitatos. Quarto de diuturnitate. qz durabit ista cena eternaliter. Et illa patent in euangelio sequenti.

Dixit ih̄s dis. sū. pabolam
hanc. Nō quidā fecit ce
nā magnā: a vocauit ml
tōs. a misit seruū suū hora cene
dicere inuitatis vt venirent. qz iā
pata sunt oīa. Et ceperunt se excu
sare. Prim⁹ dixit ei. Villam emi a
necē habeo exire a videre illam: ro
go te habe me excusatū. Et alius
dixit. Iuga bovū emi quinqz: a eo
p̄bare illa. rogo te habe me excu
satū. Et alius dixit. Vxorē duxi: a
ideo nō possum venire. a reuersus
seru⁹ nunciauit hec dñō suo. Tūc
iratus p̄familias dixit seruo suo
Exi cito in plateas a vicos ciuita
tis. a pauperes a debiles. cecos a
claudos introduc huc. Et ait seru⁹
Dñe factum est vt impasti vīssi
sti. a adhuc est locus v̄a cuius. Et
ait dñs seruo. Exi in vias a sepes:
a opelle intrare vt impleat dom⁹
mea. Dico aut vobis qnemo viro
rum illorū qui vocati sunt gusta
bunt cenā meā. Cena ista ē glori
a celestis quā homo xp̄s deus pre
parauit: a mittit suos predicatorēs
vt hōies vocarent ad cenā eterne
glorie. Sed tria gñā excusant se
ppter tria maxima p̄dā. s. supbi
qui notantur p̄ illum qui villam
em̄t. Secūdi sunt auari qui sig
fican̄ per illum qui quinqz paria
bovū em̄t. Tercij sunt luxuriosi q̄
significan̄ per illū qui duxit vx
orem. Et ideo sequit̄. Dico vobis q
nemo viroz illorū qui vocati sunt
gustabūt cenā meam qui venire

noluerunt. **N**ota qz quadruplex
est cena. Prima est peccati morta
lis qua dyabolo p̄dōr facit cenā.
Secunda infernalis qua dyabol⁹
inuitat peccatorem. Tercia cena ē
spiritualis gratie qua iust⁹ inui
tat xp̄istum. Quarta ē cena eter
nalis glorie qua xp̄us inuitat in
stunt. Prima cena est peccati mor
talis qua peccator inuitat dyabo
lum. De ista cena dicitur **Judith**
xij. pholofernes princeps milicie
fecit cenā in quarta die exercitū
sui. in qua cena ipse fuit mebrū
tus a p̄didit vitam. Ita spiritua
liter holofernes dī peccator qui fa
cit cenam dyabolo in quarta die
Prima dies est q̄ incipit accidi
ari. a non h̄z grām eundi ad pre
dicationem. ad ecclesiam. ad mis
sam a ad confessionē. Secunda di
es est qñ incipit cogitare opa ma
la. Tercia dies est quando p̄ficit
opus. Quarta dies est quando de
sperat: tunc dyabolo est cena pre
parata a pompis eius. Vnde dicit
iohannes. Peccatum cum osum
matum fuerit: generat mortē. qz
tunc peccator moritur in illa cena
a hoc in anima. Vnde **ecclesiasti**
xij. Confundit te in cibis: a exa
minat te bis vel ter. In ista cena
peccati mortalis multi pauperes
iridentur. a labora sanguis pau
perum deuotatur a multi iusti sup
plantantur a traduntur. Vnde
legimus qz sanctus iohānes ba
ptista venit de deserto a p̄dicauit

regnum dei caritative arguebat
herodem propter quod accepit uxorem
fratris sui dicens. Peccasti quies
ce et fac penitentiam. Et herodes posu
it ipsum in carcere; et fecit cenam
magnam suis principibus. Et in illa
cena fuit traditus ad mortem homo
iustus propter veritatem que deus est.
Sicut ipse dixit in euangelio. Ego
sum veritas. Ita multi in sancta ecclesia
faciunt cenas ubi veritas excludi
tur que deus est. et falsitas intro mit
titur que dyabolus est. et ibi consi
lium inuenitur quod iustus tradi
tur et occiditur. De isto dicit in psalmo.
Sedet in insidijs cum diuitibus in oc
cultis. ut interficiat innocentem.
et trucidet rectos corde. Et hic est
dyabolus qui cum eis sedet. Et ideo
tales qui sunt iusti et non sedent in
tali cena illos laudat deus in psalmo. di
cens Beatus vir qui non abiit in
consilio impiorum. et qui facit dyabo
lo cenam. et in via peccatorum non ste
tit: qui ipsum inuitant et in eccle
sia pestilencie non sedit. ubi occi
ditur iustus. Et sic patet quod peccator
dyabolo facit cenam. Secunda ce
na est infernalis. quia dyabolus in
uitat peccatorem. et prepat homini peccato
ri in anima. Nam sicut ipsum dyabo
lum inuitat hic: sic dyabolus inui
tat eum pro mortem ad suam cenam
ubi diuersa cibaria prepat peccato
ri. De ista cena scriptum est apoc.
ix. Ego Iohannes vidi cenam tenebro
sam. et venit angelus de celo et da
mauit voce magna. Venite aues

celi comedite carnes regum terre
Tunc volucres celi putridas car
nes comederunt hominum mortuorum.
Ita spiritualiter reges et principes
terre sunt superbia et auari comeden
tes pauperum sudorem et laborem.
Tunc tempore mortis clamabit an
gelus de celo dicens. Vos volucres
celi comedetis carnes regum et de
lectationes et auias eorum. sicut ipsi
deuorauerunt iustos: ita deuorabi
tis animas eorum eternaliter cru
ciando. Ita cena dyaboli figura
ta est per istam cenam. De qua legi
mus gene. quod magister pistorum
pharaonis sedebat in carcere et vi
dit quod habebat super caput suum tri
a canistra et unum excelsum alio. et
super ea omnes citos qui possunt fieri
arte pistatoria et aues celi veneunt
et comederunt de capite suo. illud
videbat sibi in somnis. Et per tres
dies educitur de carcere et occiditur
et volucres celi comederunt carnes.
Ita moraliter peccator faciens ce
nam dyabolo cum peccatis habet
tria canistra. quia cum tribus pec
catis maxime inuitatur dyabolo.
videlicet peccato superbie. auaricie.
et luxurie in quibus sunt omnia fer
cula id est omnia peccata in hijs
comprehenduntur. et unum excel
sum alius. videlicet superbia que ex
cellit vicia. Per tres dies. prima
dies est natiuitatis. secunda dies
vite. Tercia vero dies est dies mor
tis: in qua dyabolus aufert caput
peccatoris id est animam. et occidit

peccato rem eterna damnatione
volucres celi & dyaboli lacerabunt
eam & mordebunt morfu amarissi-
mo. **vt dicit i ps.** Deuorabunt eos
aues morfu amarissimo & dentes
bestiarum & demonum immittant in eos
atque serpentium. **et sic dabunt aie**
cenam p cenam peccati eternaliter
cruciendo. **Tercia** cena est spiri-
tualis gratie: **vbi** homo ex se facit christo
et angelis cenam in corde puro & con-
scientia munda. **De ista** cena dicit io-
hannes in apoc. **Ego** sto ad ostium cor-
dis foris & pulso per inspirationem
& si quis mihi aperuerit introibo & ce-
nabo cum eo. **In hac** cena spirituali
gracie triplex cibus debet apponi
Primus cibus est doctrina saluta-
ris qui multum reficit animam in bo-
no confortando. **Ma. iij.** Non in so-
lo pane viuit homo: sed etiam in
verbo dei. **Iste** cibus doctrinae saluta-
ris iam non curatur tamen multi cu-
rant. **Tre.** Populus gemens et
querens panem: dederunt preciosa
queque p cibum ad refocillandum ani-
mas: quia sine isto cibo anima deficit.
Secundus cibus spiritualis cene est ci-
bus pietatis. **Ps.** Cibabis nos pane
lacrimarum & potum dabis nobis in
lacrimis in mensura. **Et** h cibus
pietatis debet esse in potestate. s. vt homo po-
deret peccata que fecit & satisfactorie
vt satisfactio videat culpe. **Ezech.**
Cibus quo resceris in pondere.
Tercius cibus est sacramentalis.
qui datur de manibus presbiteri qui
stat in loco christi. et mensa est altare

Vnde ps. Paraasti in conspectu tuo
mensam. **Est** autem iste cibus illius ce-
ne corpus christi: qui dicit. **Ego** sum
panis viuus qui de celo descendi
Ista cena figuratur per illam cenam
quam christus fecit in ultima cena quam
voluit ire in mortem. **De qua** dicit
euangeliste. **Christus** fecit cenam cum
discipulis suis. **Accepit** panem & be-
nedixit. et dedit discipulis suis di-
cens. **Accipite** & comedite hoc fa-
cite in meam commemorationem.
Ista cena figuratur in libro **Esdre.**
vij. **Darius rex** fecit cenam purpura-
tis & nobilibus sui regni & cibauit
eos large & unusquisque ad sua pro-
pria remeauit. **Ita** anima deuota
inuitauit christum & angelos per gra-
tiam in corde suo & cibauit eos lar-
ge p cibos spiritualis vite & unusquis-
que ad propria remeauit & christus ad
thronum suum regalem & angeli
ad loca sua. **Et** sic patet tertia cena
vbi anima christum & angelos inuita-
uit. **Quarta** cena est cena eterna
lis glorie. vbi christus animam
deuotam inuitauit dicens. **Omni-**
a parata sunt. **Et** ista cena dicitur
magna propter tria. **Primo** propter
magnum principem et nobilem
qui eam preparauit. **Vnde ps.** Quia
magnus es tu et facis mirabilia:
tu es deus solus. **Secundo** dicitur
magna quia magna est ibi gloria
Vnde dicitur in ps. Gloria & diui-
tie in domo eius. **Tercio** dicitur ma-
gna propter viuantes. **Vnde i apo.**
Vidi urbem magnam quam nemo

d'numerare poterat exceptis age-
 lis quoy non erat numerus. Ce-
 na ista figuratur in illa cena. de q̄
 legim⁹ in libro *testet* q̄ rex assue-
 rus fecit cenam magnā suis p̄nci-
 pib⁹ in octo regaliā misit septem
 nuncios pro vasti regniā vt veni-
 ret ab regē. que venire noluit. a nū-
 cios vacuos remisit Tunc iratus
 rex post cenā vocauit omnes potē-
 tes a dixit. Quid cōsulitis. Ego vo-
 caui regniā ad cenā meam quaz
 preparauit b̄ honore fice illa spre-
 uit me. a misit nuncios meos sep-
 tem vacuos. Rñderunt potētes di-
 centes Dñe rex arguite eā. vt pro-
 res non faciant nobis simile Qui
 priuauit eā corona glorie. et fecit
 eam ancillā. et aliā elegit in regi-
 nā. Ita moraliter xp̄s dñs n̄r rex
 celi a terre fecit cenā magnā eter-
 ne glorie suis p̄ncipib⁹ electis.
 Vt dicit p̄s. Principes populorū
 congregati sunt cū deo abrahā
 Mittit omni die septē nuncios p̄
 regina. p̄ pro anima hōis que esse
 deberet regina celi vt veniat. Pri-
 mus est ipa pietas dei que nobis
 multa dona tribuit. Vnde in p̄s.
 Om̄a subiecisti sub pedibus eius.
 oues a boues vniuersas. in super a
 pecora campi Volucres celi a pis-
 ces maris aē. Et fructus terre a ar-
 borū. Secundus nuncius ē mīa
 Vnde p̄s Misericordia dñi plena
 est terra. Tercius nuncius ē pati-
 encia Vnde apostolus ad roma.
 Patientia dei expectat te: vt con-

uertaris. Sed sñi impetens cor-
 tuum thesaurizans tibi iram in no-
 uissimo die. quia venire noluisse.
 Quartus nuncius ē afflictio tem-
 poralis. Vnde ait in euāgelio ho-
 dierno. Compelle intrare vt quos
 non potest vocare per misericordi-
 am a pacienciā: tandem mittit tri-
 bulationem vt veniant. Quint⁹
 nuncius est ipse Dauid qui ait.
 Audi filia a vide. a inclina aurem
 tuam. q̄ cōcupuit rex speciem tu-
 am. vt veritas est. Sextus nunci-
 us sūt predicatorēs hō diem qui
 omni die clamant in predicationi-
 bus ad animam peccatricem: vt
 reuertatur. Nunc arguunt. nunc
 supplicant. nunc omnantur. nunc
 p̄mittunt coronam dei *Canticorū*
 Veni de libano: veni coronate is-
 rā. Septimus nuncius est missio
 angelorum cū tubis. a illos oportet
 nos audire a surgere a venire
 cū tuba dāget. Surgite mortui
 venite ad iudicium. et tunc ipsa
 anima peccatrix que istos septē
 nuncios spreuit. priuabitur coro-
 na. a alia regina eligetur aē. Ro-
 gemus deum aē.

¶ Sequitur dominica tertia p̄ pen-
 tēcostes

¶ Sermo. xliiij.